Universitätsbibliothek Paderborn

Ōrigenus Tōn Eis Tas Theias Graphas Exēgētikōn Apanta Ta Ellēnisti Heuriskomena

Cui idem præfixit Origeniana, Tripartitum opus, quo Origenis narratur vita, doctrina excutitur, scripta recensentur

Origenes

Rothomagi, 1668

Ex Origenis Commentariis In Iesum Nave. Εκ Των Ωριγενους Εις Τον Ιησουν τόν [...]

urn:nbn:de:hbz:466:1-25059

Visual Library

EX ORIGENIS COMMENTARIIS IN LEVITICVM.

E ſecunda in Leuiticum Homilia, ſtatim à principio.

ΕΚ ΤΩΝ ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ ΕΙΣ ΤΟ ΛΕΥΙΤΙΚΟΝ.

Ἀπὸ τῆς εἰς τὸ λευιτικὸν ὁμιλίας δευτέρας, εὐθὺς μετὰ τὴν ἀρχήν.

Eodem interprete.

IVdaiſmi qui oculis videtur, & ejus qui mente percipitur, hoc eſt Iudaiſmi manifeſti & occulti diſcrimen cùm non intelligerent impij, & omni execratione digni hæretici, diſceſſerunt ſtatim à Iudaiſmo, & harum Scripturarum totiúſque Legis autore Deo defecerunt, & alium Deum ab eo qui Legem & Prophetas dederat, & qui cœlum & terras fecerat, cõfinxerunt. Quod certè alieniſſimum eſt. Qui enim dedit Legem Deus, dedit & Euangelium: qui fecit ea quæ videntur, dedit & ea quæ oculis non cernuntur: & cognationem habent inter ſe quæ videntur, & quæ oculis non apparent. Eam autem cognationem habent, vt quæ videri non poſſunt opera Dei, à creatione mundi effectis cognita videantur: cognationem habent quæ videntur in Legibus & Prophetis, cum ijs quæ non videntur, ſed intelliguntur in Lege & Prophetis. Quando igitur conſtat Scriptura quoque ipſa velut ex corpore, quod cernitur, & ex animâ, quæ in ipſo intelligitur & concipitur, tum ex ſpiritu per exemplaria & vmbram cœleſtium: age inuocato eo qui Scripturæ fecit corpus, animam & ſpiritum; corpus ijs qui nos præceſſerunt (Iudæis) animam nobis, ſpiritum ijs qui in futuro ſeculo poſſidebunt vitam ſempiternam, & ad cœleſtia & veritatem Legis venturi ſunt, non literam, ſed animam in præſenti perveſtigemus: ſi verò tantum efficere poſſumus in morem ſacrificiorum, quæ in Scripturis leguntur, ad ſpiritum aſcendemus.

A ΜΗ* νοήσαντες δὲ διαφορὰν ἰουδαϊσμοῦ ὁρατοῦ καὶ ἰουδαϊσμοῦ νοητοῦ, τουτέστιν ἰουδαϊσμοῦ φανεροῦ καὶ ἰουδαϊσμοῦ τοῦ ἐν κρυπτῷ οἱ ἀπὸ τῶν ἀθεωτάτων καὶ ἀσεβεστάτων αἱρέσεων, εὐθέως διέστησαν ἀπὸ τοῦ ἰουδαϊσμοῦ, καὶ τοῦ θεοῦ τοῦ δόντος ταύτας τὰς γραφὰς, καὶ ὅλον τὸν νόμον, καὶ ἀνέπλασαν ἕτερον θεὸν, παρὰ τὸν δεδωκότα θεὸν τὸν νόμον καὶ τοὺς προφήτας, παρὰ τὸν ποιήσαντα οὐρανὸν καὶ γῆν. τὸ δὲ οὐχ οὕτως ἔχει, ἀλλ' ὁ δεδωκὼς B τὸν νόμον, δέδωκε καὶ τὸ εὐαγγέλιον. ὁ ποιήσας τὰ βλεπόμενα, δέδωκε καὶ τὰ μὴ βλεπόμενα. καὶ συγγένειαν ἔχει τὰ βλεπόμενα, καὶ τὰ μὴ βλεπόμενα. οὕτω δὲ ἔχει συγγένειαν, ὥστε τὰ ἀόρατα τοῦ θεοῦ ἀπὸ κτίσεως κόσμου τοῖς ποιήμασι νοούμενα καθορᾶσθαι. συγγένειαν ἔχει καὶ τὰ βλεπόμενα τοῦ νόμου καὶ τῶν προφητῶν πρὸς τὰ μὴ βλεπόμενα, ἀλλὰ νοούμενα τοῦ νόμου καὶ τῶν προφητῶν. ἐπεὶ οὖν συνέστηκεν ἡ γραφὴ καὶ αὐτὴ οἱονεὶ ἐκ σώματος C μὲν τοῦ βλεπομένου, ψυχῆς δὲ τῆς ἐν αὐτῷ νοουμένης καὶ καταλαμβανομένης, καὶ πνεύματος τοῦ κατὰ τὰ ὑποδείγματα, καὶ σκιὰν τῶν ἐπουρανίων. φέρε ἐπικαλεσάμενοι τὸν ποιήσαντα τῇ γραφῇ σῶμα καὶ ψυχὴν καὶ πνεῦμα, σῶμα μὲν τοῖς πρὸ ἡμῶν, ψυχὴν δὲ ἡμῖν, πνεῦμα δὲ τοῖς ἐν τῷ μέλλοντι αἰῶνι κληρονομήσουσι ζωὴν αἰώνιον, καὶ μέλλουσιν ἥκειν ἐπὶ τὰ ἐπουράνια, καὶ ἀληθινὰ τοῦ νόμου, ἐρευνήσωμεν οὐ τὸ γράμμα, ἀλλὰ τὴν ψυχὴν ἐπὶ τοῦ παρόντος. εἰ δὲ οἷοί τέ ἐσμεν,* ἀναβησόμεθα καὶ ἐπὶ τὸ πνεῦμα, κατὰ τὸν λόγον τὸν περὶ τῶν ἀναγνωσθεισῶν θυσιῶν.

* γρ. νοήσαντες

* γρ. ἀναβησόμεθα

EX ORIGENIS COMMENTARIIS in Ieſum Nave.

Ex Homilia 20. in Ieſum Nave: cap. 15.

ΕΚ ΤΩΝ ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ ΕΙΣ ΤΟΝ ΙΗΣΟΥΝ τὸν ναυῆ.

Ἀπὸ τῆς κ' ὁμιλίας τῶν εἰς τὸν ἰησοῦν τὸν ναυῆ. κεφ. ιε'.

Eodem interprete.

SVMMA vtilitas ab ejuſmodi lectione ad eos pervenit, qui veram terræ diſtri-

ΗΜΕΝ ἄκρα ὠφέλεια ἀπὸ τῶν τοιούτων ἀναγνωσμάτων, τῶν δυναμένων

νοῆσαι τὴν ἀληθῆ κληροδοσίαν ἀπὸ Ἰησοῦ μεριζομένην τοῖς υἱοῖς Ἰσραὴλ γίνεται. καὶ τὸν οἷόν τε γενόμενον ἀναβῆναι ἐπὶ τὴν γῆν τὴν ἁγίαν, τὴν ἀληθινὴν, τὴν ὄντως ἀγαθὴν, καὶ ἐφαρμόσαι ἐκ τῆς ὀνομασίας τῶν εἰρημένων τῇ διαφορᾷ τῶν κληρονομούντων τὰ κατὰ τοὺς τόπους λεγόμενα· ἐπεὶ δὲ δύσκολόν ἐστιν εὑρεῖν τινὰ οὕτως ὠφελούμενον, βουλόμεθα παραμυθήσασθαι τοὺς ἀκούοντας μὴ ἐκκακεῖν ἐπὶ ταῖς ἀναγνώσεσι· τίς οὖν ἡ παραμυθία ὑπὲρ τοῦ μὴ ἐκκακεῖν τὸν ἀκούοντα τῶν τοιούτων ἀναγνωσμάτων, λεκτέον· ὥσπερ τοίνυν αἱ ἐπῳδαὶ δύναμίν τινα ἔχουσι φυσικὴν, καὶ μὴ νοῶν ὁ κατεπᾳδόμενος λαμβάνει τι ἐκ τῆς ἐπῳδῆς, κατὰ τὴν φύσιν τῶν φθόγγων τῆς ἐπῳδῆς, εἴτε εἰς βλάβην, εἴτε εἰς ἴασιν σώματος ἢ ψυχῆς ἑαυτοῦ, οὕτω μοι νόει πάσης ἐπῳδῆς δυνατωτέραν εἶναι τὴν σημασίαν τῶν ἐν ταῖς θείαις γραφαῖς ὀνομάτων· εἰσὶ γάρ τινες δυνάμεις ἐν ἡμῖν, ὧν αἱ μὲν κρείττονες διὰ τούτων τῶν οἱονεὶ ἐπῳδῶν τρέφονται, συγγενεῖς οὖσαι αὐταῖς, καὶ ἡμῶν μὴ νοούντων ἐκείνας τὰς δυνάμεις νοήσας τὰ λεγόμενα, δυνατωτέρας ἐν ἡμῖν γίνεσθαι πρὸς τὸ συνεργεῖν τῷ ἡμετέρῳ βίῳ· ὅτι γὰρ ἔστι τινὰ ἐν ἡμῖν ἀόρατα, καὶ πολλά γε ταῦτα, δηλώσει ὁ εἰπὼν ψαλμός· εὐλόγει ἡ ψυχή μου τὸν κύριον, καὶ πάντα τὰ ἐντός μου τὸ ὄνομα τὸ ἅγιον αὐτοῦ. ἔστιν οὖν πλῆθός τι ἐν ἡμῖν δυνάμεων κεκληρωμένων ἡμῶν τὰς ψυχὰς καὶ τὰ σώματα, αἵτινες ἐὰν ὦσιν ἅγιαι, τῆς γραφῆς ἀναγινωσκομένης ὠφελοῦνται καὶ γίνονται ἰσχυρότεραι. κἂν ὁ νοῦς ἡμῶν ἄκαρπος ᾖ, ὡς γέγραπται περὶ τοῦ γλώσσῃ λαλοῦντος, ὅτι ἡ γλῶσσά μου προσεύχεται, ὁ δὲ νοῦς μου ἄκαρπός ἐστι· νόει οὖν μοι ὅτι ποτὲ τοῦ ἐν ἡμῖν νοῦ ἀκάρπου ὄντος, αἱ δυνάμεις αἱ συνεργοῦσαι τῇ ψυχῇ καὶ τῷ νῷ, καὶ πᾶσιν ἡμῖν, τρέφονται λογικῇ τῇ ἀπὸ τῶν ἱερῶν γραμμάτων καὶ τῶν ὀνομάτων τούτων τροφῇ, καὶ τρεφόμεναι γίνονται δυνατώτεραι πρὸς τὸ ἡμῖν συνεργεῖν· ὥσπερ δὲ αἱ κρείττους δυνάμεις οἱονεὶ κατεπᾴδονται καὶ ὠφελοῦνται καὶ γίνονται δυνατώτεραι* ὑπὸ τῶν τοιούτων γραμμάτων καὶ ὀνομάτων, οὕτως αἱ ἀντικείμεναι τῶν ἐν ἡμῖν δυνάμεων οἱονεὶ καθέλκονται καὶ νικῶνται ἀπὸ τῶν τοῦ θεοῦ ἐπῳδῶν, καὶ νικώμεναι κοιμίζονται. καὶ εἴ ποτέ τις ἡμῶν ἑώρακεν ἀπὸ ἐπῳδῶν ἀσπίδα κοιμιζομένην, ἢ ἄλλο τι τούτων τῶν ἰοβόλων, ἐκεῖνο παράδειγμα λαβέτω εἰς τὴν γραφὴν, ἧς ἀναγινωσκομένης καὶ μὴ νοουμένης, ἐνίοτε ἀκηδιᾷ καὶ ἐκκακεῖ ὁ ἀκροατὴς, καὶ πιστευέτω ὅτι αἱ ἐν αὐτῷ ἀσπίδες, καὶ αἱ ἐν αὐτῷ ἔχιδναι, ἀτονώτεραι γίνονται ἀπὸ τῶν φαρμάκων τῶν φαρμακευόντων, οἷα παρὰ σοφοῦ Μωσῇ, παρὰ σοφοῦ Ἰησοῦ, παρὰ σοφῶν τῶν

* γρ. ἀπὸ

A butionem à Ieſu Nave factam filijs Iſraël intelligere poſſunt, & ad eum qui potuit aſcendere in terram ſanctam, veram, & verè bonam, & ex appellatione eorum quæ dicuntur, diverſis ſortientibus, quæ de ſingulis locis memorantur, accommodare. Sed quoniam difficile eſt invenire, qui tantum capiat vtilitatis, adhortari volumus audientes, ne animum inter legendum deſpondeant. Quodnam igitur ſolatium ſit, ne ſuccumbat, qui ei lectioni intereſt, dicendum. Quemadmodum igitur carmina vim quan-
B dam habent inſitam, vtque imprudens aliquid à carmine accipit, qui incantatur, ea nimirum eſt natura ſonorum carminis, ſiue in damnum, ſiue ad ſanitatem corporis vel animi ſui: ſic velim exiſtimes omni carmine potentiorem eſſe ſignificationem nominum diuinæ Scripturæ. Sunt enim quædam in nobis facultates, quarum quæ meliores ſunt, per hæc veluti carmina, cum ipſis cognatæ atque affines ſint, aluntur, nobis non percipientibus facultates intelligentes quæ dicuntur, potentiores in nobis fieri ad vitæ noſtræ ſubſidium atque adjumentum.
C Eſſe quippe in nobis, quæ non videantur, aliqua, eáque multa indicabit Pſalmus qui dicit: *Benedic anima mea Domino, & omnia quæ intra me ſunt nomini ſancto eius.* (Pſal. 102. 1.) Sunt igitur in nobis plurimæ facultates, quæ veluti ſortitione animas noſtras & corpora poſſident, quæ ſi ſanctæ ſint, lectione Scripturæ juvantur, & validiores fiunt. Etſi mens noſtra fructum non ſentiat, quemadmodum ſcriptum eſt de eo, qui linguâ loquitur: *Quia lingua mea orat, mens autem mea ſine fructu eſt.* (1. Cor. 14. 14.) Cogita igitur, cùm aliquando mens noſtra
D fructum non percipit, virtutes quæ animo & menti & nobis omnibus ſubſidio ſunt, hoc rationis, quod à ſacris literis & nominibus eſt, nutrimento educari, & educatas fieri ad nos iuuandos potentiores. Vt igitur meliores virtutes veluti permulcentur & juvantur, fiúntque per ejuſmodi literas & nomina potentiores; ſic quæ noſtris facultatibus opponuntur, divinis carminibus deducuntur, vt ita dicam, & vincuntur, & victæ ſopiuntur: & ſi quis vnquam noſtrum vidit carminibus ſopitam aſpidem, aut aliud
E è venenatis, illud aſſumat ad Scripturam exemplum: quæ ſi legatur nec intelligatur, interdum langueſcit & ſuccumbit auditor; & credat quæ in ſe ſunt aſpides, & quæ in ſe viperæ, imbecilliores fieri medicamentis curantium, quemadmodum apud ſapientem Moſem, apud ſapientem Ieſu, apud ſa-

pientes ſanctos Prophetas. Non igitur animo langueamus, cum audimus Scripturas quas non intelligimus, ſed fiat nobis ſecundum fidem noſtram, quâ & credimus quia omnis Scriptura diuinitùs miſſa vtilis eſt. Alterum enim è duobus admittere te oportet in ijs Scripturis, vel non eſſe diuinitùs datas, ſiquidem vtiles non ſunt, vt ſuſpicetur aliquis infidelis: vel vt fidelis admitte quia vtiles ſunt divinitùs eſſe datas. Sciendum eſt igitur nobis nec ſentientibus perſæpe vtilitatem venire, quemadmodum ſæpe cibum aliquem ſumere iubemur acuendis oculis, nec dum tamen in eo ſumendo levari oculum ſentimus; ſed ſecundâ vel tertiâ interjectâ die diſtributio cibi qui oculum juvat, facit vt experti credamus, oculo nos eſſe levatos: ſed & in reliquis cibis, quibuſdam partibus corporis vtilibus, id intueri licet. Sic igitur & de divinâ Scripturâ certum habe, juvari animum, etſi mens fructum non percipiat ejus, quæ à literis è nudâ ſolâ lectione profluit, vtilitatis: incantantur enim quæ in nobis ſunt, aluntur meliora, peiora irrita fiunt.

A ἁγίων προφητῶν. μὴ ἐκκακῶμεν οὖν ἀκούοντες γραφῶν, ἃς οὐ νοοῦμεν, ἀλλὰ γενηθήτω ἡμῖν κατὰ τὴν πίστιν ἡμῶν, ἣν καὶ πιστεύομεν, ὅτι πᾶσα γραφὴ θεόπνευστος οὖσα, ὠφέλιμός ἐστι. ἓν γὰρ ἐκ τῶν δύο δεῖ σε παραδέξασθαι ἐπὶ τούτων τῶν γραφῶν, ἢ ὅτι οὐκ εἰσὶ θεόπνευστοι, ἐπεὶ οὐκ εἰσὶν ὠφέλιμοι, ὡς ὑπολαμβάνοι ἂν ὁ ἄπιστος, ἢ ὡς πιστὸς παραδέξασθαι, ὅτι ἐπεὶ εἰσὶν ὠφέλιμοι, θεόπνευστοί εἰσιν. ἰστέον μέντοι γε ὅτι καὶ ἀνεπαισθήτως ἡμῶν πολλάκις γίνεται ἡ ὠφέλεια, οἷον πολλάκις τροφήν τινα διαταττόμεθα ἐσθίειν, ὀξυδερκικήν, καὶ οὐδήπου ἐν τῷ * ἐσθίειν οὐκ αἰσθανόμεθα ὅτι ὠφελούμεθα τὸν ὀφθαλμόν, ἀλλ' ἡμέρας διαγινομένης δευτέρας καὶ τρίτης, ἡ ἀνάδοσις τῆς τροφῆς τῆς ὠφελούσης τὸν ὀφθαλμὸν ποιεῖ ἡμᾶς τῇ πείρᾳ πιστεῦσαι ὅτι τὸν ὀφθαλμὸν ὠφελούμεθα. ἀλλὰ καὶ ἐπ' ἄλλων τροφῶν ὠφελουσῶν τινα μέρη τοῦ σώματος ἔστι τοῦτο ἰδεῖν. οὕτω τοίνυν πίστευε καὶ περὶ τῆς θείας γραφῆς, ὅτι ὠφελεῖταί σου ἡ ψυχή, κἂν μὴ ὁ νοῦς τὸν καρπὸν λαμβάνῃ τῆς ὠφελείας τῆς ἀπὸ τῶν γραμμάτων, ἐκ μόνης ψιλῆς τῆς ἀναγνώσεως. τὰ γὰρ ἐν ἡμῖν ἐπᾴδεται, καὶ τὰ μὲν κρείττονα τρέφεται, τὰ δὲ χείρονα καταργεῖται.

B

* Χ. ἐσθίειν

ORIGENIS IN PRIMI LIBRI REGVM, CAP. 28.

de Engaſtrimytho.

ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ ΕΙΣ ΤΗΝ ΤΩΝ ΒΑΣΙΛΕΙΩΝ ΠΡΩΤΗΝ, Κεφ * κζ.

ὑπὲρ τῆς ἐγγαστριμύθου.

* κη.

Interprete LEONE ALLATIO.

QVÆ lecta audivimus plura ſunt: de iis in duas partes diviſis ſermo nobis habendus erit. Quæ de Nabale Carmelo Scriptura narrat, legimus; poſt hæc occultationis Davidis apud Ziphæos hiſtoriam, illum ab eis accuſatum, adveniſſe Saülem eo animo, vt Davidem caperet; & cùm advenisset tempus, expectaſſe; ſuperveniſſe Saüli Davidem, illóque, illiúſque cuſtodibus dormientibus, lanceam, & aquæ lenticulam rapuiſſe, poſteà illis qui illius cuſtodes erant, ſed qui dormierant, revelaſſe. Sequitur tertia narratio, Davidem ad Achar regem Geth, aufugiſſe, & quam invenit gratiâ David poſt res præclarè geſtas, ad quem, *Corporis mei cuſtodem conſtituam te*, inquit. Vltima omnium eſt celebris de ventriloqua, & Samuele. Viſa nám-

1. Reg. 25.
1. Reg. 26.
1. Reg. 26.12
1. Reg. 27.
1. Reg. 28. 2.
1. Reg. 28.2

C ΤΑ' ἀναγνωσθέντα πλείονά ἐστι· καὶ ἐπεὶ χρὴ ἐπιτεμνομένους εἰπεῖν δυσὶ περικοπαῖς, ἀνεγνώσθη τὰ ἑξῆς τὰ περὶ Νάβαλ τὸν Καρμήλιον, εἶτα μετὰ τοῦτο ἡ ἱστορία ἡ περὶ τοῦ κεκρύφθαι τὸν Δαυὶδ παρὰ τοῖς Ζιφαίοις, καὶ διαβεβλῆσθαι αὐτὸν ὑπ' αὐτῶν, ἐληλυθέναι δὲ τὸν Σαοὺλ βουλόμενον λαβεῖν τὸν Δαυίδ, καὶ ἐληλυθότα ἐπιτηρῆσαι καιρόν, ἐπεληλυθέναι τε τῷ Σαοὺλ τὸν Δαυίδ, καὶ εἰληφέναι κοιμωμένου αὐτοῦ καὶ τῶν * φερουμένων αὐτόν, τὸ δόρυ, καὶ τὸν φακὸν τοῦ ὕδατος, καὶ μετὰ τοῦτο ἐλέγχον προσπεφωνηκέναι τοῖς πεπιστευμένοις μὲν φυλάττειν αὐτόν, ἀποκοιμηθεῖσι δέ. εἶτα τὰ ἑξῆς ἡ ἱστορία ἦν τρίτη, ὅτι κατέφυγε πρὸς Ἄχαρ βασιλέα Γὲθ ὁ Δαυίδ, καὶ ὅσην εὗρε χάριν παρ' αὐτῷ μετὰ τὰ πολλὰ ἀνδραγαθήματα ὁ Δαυίδ, πρὸς ὅν, ἀρχισωματοφύλακα θήσομαί σε, φησίν. ἑξῆς τούτοις ἦν ἡ ἱστορία ἡ διαβόητος ὑπὲρ τῆς ἐγγαστριμύθου, καὶ περὶ τοῦ Σαμουήλ. ὅτι ἔδοξεν

D

* Χ. φρουρούντων